

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio r
cum fonte primo

Iniqui ideo cum fine deliquerunt quia cum fine uixerunt. Nam uoluissent utique sine fine uiuere ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt quia nunquam desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iudicantis iusticiam pertinet ut nunquam careant supplicio quia in hac uita nunquam uoluerunt carere peccato.

Gregorius ibidem (libro III. dyalogorum).

Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine uixerunt. Nam uoluissent utique, si potuissent, sine fine uiuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt, qui numquam desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet ut numquam careant supplicio, qui in hac uita numquam uoluerunt carere peccato.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 4, 46 (SC 265, A. de Vogüé ed., p.162, ll.21-28).